perpetrauit ⁊ ad dn̄m conuerſus fuit a dn̄o eſt exauditus. ij. Para. xxxiij. Nimuen ſubuerti debebat. ſed ꝓpter penitē tiam euaſit ſubuerſionis periculū. Jone. iij Judicio dei occulto ſūt aliqua quoꝝ deꝰ ſolus inueſtigator eſt. De ꝗbus nullus hō balbutiendo loqui poteſt. q̄ ſūt ſolo ſuo ſecreto cōſilio relinquēda. Sic moriturus Dauid fecit ordinatōez ſatis mirabilē. Sed qꝛ ſcriptura cōmendat eū nō debet requiri vlterius. iij. Reg. ij. Quidam ſcriba obtulit ſe ad ſequē dum dn̄m. ⁊ nō fuit admiſſus. Aliū vero incitauit qui nō videbatur volūtarius ad ſequendū dicēs. Dimitte me ſepelire mortuū. Mat. viij. Lu. ix. Fecit dn̄s virtutē in Corozaim ⁊ bethſaida vbi parū profecit. ⁊ nō in tyro ⁊ ſydone vbi plurimū profuiſſet. Luce. x.

Capitulū. 77.

De iudicijs hominū rectꝫ. Judex vt recte iudicet debet perq̄rere cauſe decentiam Senſus exq̄rere ſufficiētiā Rectum perquirere dando ſententiam.

Udex vt recte iudicet debet tā̄m prius diligenter inueſtigare ⁊ examinare vt recte cognoſcat quam ſententiā ferre debeat. iō dꝛ. Cauſam quā neſciebā diligenter inueſtigabā. vt dicitur Job. xxix. Deus cui nil latere pōt. vt de hoc iudicibus exemplū demōſtraret. deſcendit videre ciuitatē quā ſuperedificauerūt filij Adam anteq̄ eos puniret de diuiſione linguaꝝ in babylonia. Gen̄. xi. Noluit dn̄s ſodomitis iudicare anteq̄ diceret. Deſcendā ⁊ videbo vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint. Gen̄. xix Salomon vtiliter ſubtiliter ⁊ diligenter inueſtigauit cauſā illaꝝ duaꝝ mulierū. ⁊ ſic iuſtū iudiciū iudicauit. vt patet. iij Regū. iij. Diligenter ⁊ diſtincte examinauit Daniel duos ſenes de falſo crimine in Suſannā. Dan̄. xiij. Noluit feſtꝰ preſes ſubito pauſū iudicare. ſed dixit. Non eſt conſuetudo romanis aliquē iudicare anteq̄ accuſatus fuerit. Preſes ā̄e accuſatores locūq̄ꝫ defendendi ad obiecta crimia habeat vt

ſ. meli⁹ valeat īueſtigarī Actu. xxv. Judex vt recte iudicet nō debet ſtare ſuo proprio ſenſui: ſed in quibus eſt aliquod dubiū velle debet conſiliū diuinum pariter ⁊ humanū. Sic moyſes conſilio ietro acqeuit. vt det populū ſalubriter iudicaret. Exod. xviij. Ob hanc cauſam cōſtituit moyſes maiores iudices ⁊ minores. vt ſimul haberent conſilium. Exo xviij. Conſuluit moiſes ꝓpter cauſam filiaꝝ ſaſphat. ⁊ reſpōdit dñs Cum mortuus fuerit vir abſqꝫ filio ad filiam eius trāſibit hereditas. Nu. xxvij

Judex vt recte iudicet poſt inueſtigatōnem et conſilium habitam debet rectam habere ſententiam. ⁊ nec prece nec precio. nec amore nec odio deuiare a tramite veritatis. Sic moyſes de duodecim bobus. et ſex plauſtris nullum iudicauit eſſe filiorum carith. licet eſſent ſibi propinquiores Numeri. vij. Recte iudicauit moyſes ꝙ filij ruben ⁊ ceteri q̄ petebant terram iam acquiſitaꝫ quinati alios ad bella precederent donec eſſet alia terra acquiſita. vt clare habetur Numeri. xxxij. Anthiochus licet eſſet malus recte iudicauit andronicū. qui iniuſte occiderat Onyam. ſecundo Machabeorum quarto

Capitulū. 73.

De iudicijs hoīm falſis
Judicium iniuſtum eſt cū interrumpitur vana gloria et pigritia
Quando ɔ corrumpitur ex auaricia
Quando prorumpitur ire nequitia
Quando dirumpitur ex amicitia.

Udex tūc iniq̄ue et iniuſte iudicat quando cauſam non diligenter examinat. ſed ſignis ⁊ relationibus cito credit. Sic Judas male iudicauit Thamar cōburendam. audiens ꝙ eſſet fornicata cū alio. et nō ꝑfecte examinans veritatem. Geneſis. xxxviij. capitu. Dominus Joſeph nimis cito credidit verbis coniugis Joſeph falſe accuſantis. et ipſum ſine examine aliquo tempore carcere mancipauit. Geneſ. xxxix